Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8132
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et nucibus, quibus olea exprimuntur. videmus
diu detentis rancida, cum quadam oleaginosa
delibuta viscositate. quam in ipsis. per tempus
aquea prorsus exalauit humiditas. statim
in ignem proiecta incendi. Postremo in va-
se sortiuntur vina differentiam. Quoniam vt
paucis vinis exceptis reliqua apud nos
maiori parte aquosa extant. Et que in
eis cruda aqueitas, ymma vasis sua
ponderositate petit. statim supra fecibus
quiescens. Altera vero que subtilis est, permixta
toti vino, vaporando exalat. suique ves-
tigium per muffe generationem super vino relinquit
Et de quanto citius plurimum vino muffe, hoc
est de floribus (ita ait vulgus cham) super e-
nascitur. tanto aquosius. celeriusque tale vinum
in vase digeritur. minusque ceteris diuturnum.
Quam varietatem, vnius vini in eodem vegete contenti.
domini vlmenses. ex proverbio, plus ceteris suevis
nouerunt. vnde in quolibet vase, tres aut
plures figunt ducillos. supremo, medio et in ymo.
et notabili discrimine comperiunt vinum in se distare

De differentia vinorum ex parte bibentium Capitulum Secundum

Accio vini dixit ysaac secundo particularium
dietarum. non eodem operatur modo in

vase

muffe kam